

ANNO MCL...

# JOANNES DE GARLANDIA

## NOTITIA

Garlandius. Joan. de *Gallandia* minus recte dicitur in Catalogo mss. Marquardi Gudii (1). Claruit a. 1040 (2).

Scripsit I. *De accentu* lib. 1, initio :

*Ecclesiæ sacrae normam qui noscere.*

Exstat *Accentarius* ms. Cantabrigia in archivis (3).

II. *Mysteriorum Ecclesiæ*, lib. 1, initio :

*Anglia quo tendis tua dum* (4).

III. *Unum omnium* lib. 1, initio :

*Commoda neglectis dum querunt* (5).

IV. *Satyrorum opus*, lib. 1, initio :

*Scribo noram tandem satyram* (6).

V. *Epithalamion D. Marie*, lib. 1, initio 3

*Nobilis erigitur mundi prefacta* (7).

Exstat epithalamium B. Marie Virginis ad honorem sponsi confessi et sponsæ, versibus elegiacis, per Joannem de Garlandia manuscriptum in bibliotheca Roberti Cottoni Claudio X, I

VI. *Opus Synonymorum*, libr. 1, initio : (9)

*Ad mare ne videar latices.*

Exstat sine auctoris nomine expresso, junctum tamen aliis Joannis de Garlandia libris, manuscriptum in bibliotheca ducali Guelpherbytana eaque parte, quæ olim Marquardi Gudii fuit. Persuaderor multa ex hoc libro desumi posse ad veram vocis significationem facientes, siveque Lexicographis futuris utilia immo necessaria. Specimen dabimus collationis inserviente eum Fabri Thesauro edit. 1710. Ipsum vero librum sectione in poematum medii ævi ex manuscripto codice memorato dabimus integrum, observantes prius glossam quendam codici a scriptam auctorem libri facere magistrum Matthaeum Vindocinensem, vel illius discipulum Gansfreudum.

VII. Liber *De æquivocis*. Forte idem scriptum est quod sine auctoris nomine inscribitur *Carmen de nominibus et verbis latinis æquivocæ significationis cum commentario*, in Catalogo librorum manuscriptarum, quos Antonius a Wood legavit Academia Oxoniensi (10). Est altera pars libri *De synonymis*, quod ex verso 38 libri *Synonymorum* colligitur. Exstat manuscriptus liber in eodem codice Guelpherbytano. Integrum tanien nunc excscribere nolo ne historia nostra versibus obruatur. Primas solum ejus lineas dabo.

VIII. *Mysteria Ecclesiæ*. Non differre credo hunc librum a superiori n. 2 adducto, Baleumque in initio scripti exprimendo falli. Exstat liber manuscriptus in memorato Codice Guelpherbytano, ex quo prologum operis et primum caput decerpam :

IX. *De orthographia* liber. Exstat et hic manuscriptus in codice laudato Guelpherbytano, in cuius exemplari sine leguntur verbis : *Explicit liber de ortographia, cuius Joan. de Garlandia fuit causa efficiens, et notandum quod extraxit istum librum de majori volumine Prisciani.*

X. *Cornutum sive Disticha*, lib. 1 (11).

XI. Joannis de Garlandia liber metrieus exstat inter codices manuscripts in sedibus Jacobinis n. 777 (12)

(1) P. 575, n. 356.

(2) Vid. Bostonus Buriensis in Catalogo apud Joan. Baleum Scriptor. Britann. Cent. II, n. 48.

(3) Vid. Joan. Pitseus De illustr. Angl. scriptor. p. 185.

(4) V. Baleus l. c.

(5) Vid. Baleus l. c.

(6) Vid. Baleus l. c.

(7) Vid. Baleus l. c.

(8) Vid. Thomas Smithi Catalogum. v. 39.

(9) Vid. Baleus l. c.

(10) Vid. Catalogos ms. Angliae et Hiberniae t. II, p. 400, Cl. 2.

(11) Vid. Joan. Baleus De scriptor. Britann.

cent. 2, n. 48.

(12) Vid. Catalogos ms. Angliae et Hiberniae t. II,

p. 246.